Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 33

, 61.

Valerii Maximi libb IX. Factorum Dictorumque memorabilium. Liber X. de Nominibus etc. Epist. ad Rufinium.

Cod. XXXIII.

Chartac. Fol. min. Sec. XV.

1
3. g.

Continet Valerij Maximi libros IX. de Factis et dictis memorabilibus Virorum illustrium. Codex hic multo est integrior, quam supra descriptus XXVII. Situ, lum profitetur: "Incipit feliciter liber Vallery maximi "dictorum memorabilium domesticarum exterarumque "gentium ad Tyberium Cesarem". Dein incipit prefatio ipsius Valerii: "Urbis rome exterarumque gentium "facta, simul ac dicta memoratu digna" etc. Sequitur capit. I. de Religione, cujus initium: "Majores "nostri: Statas Solemnesque cerimonias etc. hec omnia ut in editionibus. Invitus fateor, magnam illam lacunam, de qua codice XXVII. dixi: Edit. Torrenii a pag. 96. – 97. neque in hoc Ms. completi. Cuivis libro premittitur brevis elenchus; in fine libri noni additur: "Valerius maximus dictorum et factorum memo "rabilium domesticarumque exterarumque gencium explicit in nono libro cum Xto Redemptore nostro quem o Utinam Valerius novisset vel in sua tempora incidisset "vel tempore cui foret natus temporibus Incipiamus "Valerij Decimum Vale apud inferos Illustres ac egregie "Romane miles et civis Valery." Post hoc Sequitur decimus liber de nominibus, pronominibus etc. cum prefatione, quo incipit: "Decimus atque ultimus hujus "operis liber seu studiosorum inertia, seu Scriptorum Se "gnitie" etc. ut in edit. Torrenii, T. 2. pag. 874. in fine additur: "Explicit decimus liber Valery maximi abbreviatus per Julium paridem, de quo ago Trinitati divine Laudes" etc.

In calce adnectitur Epistola Valerij Max. ad Rufinum, quo incipit: "Loqui prohibeor, et tacere non possum" etc. Sed suppositicia est, incerti Authoris, et legitur sub nescio cujus Valerii nomine inter S. Hieronymi opera T. 5. edit. Martianai pag. 337. Philipp. Labbeus in Bibl. nova Mss. memorat Valerii Max. dissuasiones ad Rufinum ne ducat uxorem, quo eadem nostra epistola est.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 33

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1731

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)